



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola LXXXII. Ioannis Papae VIII. Ad Anspertvm Archiepiscopvm
Mediolanensem. Monet vt quantocius ad Synodum in Gallia cum
suffraganeis accedat. queritur de perfidia Lamberti Spoletani comitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

trem vestram Romanam ecclesiam oppido affligit & lacerat, vobis singulari quadam spe committimus audendum & corrigendum. Tamen ne vos, quos secretorum nostrorum confcios esse cupimus, lateat quod his diebus contra Dei voluntatem, contraque salutem totius Christianæ fidei, ac contra priuilegium sanctæ Romanæ ecclesiæ, seu contra morem rei que publicæ statum Romæ peractum est; his missis nostris Paulo & Eugenio episcopis verbo tenus vobis dicenda commisimus. Quæ vos ita credere deprecamur ac si nos vobiscum loquamur; & credentes, si nobis ferre opem, vel aliquam consolationem valeatis, veluti dilectus filius reuerendæ matri assolet, omnimodo conferatis deprecamur. Habebitis enim pro his sanctos apostolos adiutores & nos possidebitis deuotiores vestros apud Dominum semper intercessores. Data IV. Kalendas * Martii, indictione XI.

EPISTOLA LXXXII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ANSPERTVM ARCHIEPISCOPVM
MEDIOLANENSEM.

Monet vt quantocius ad Synodum in Gallia cum suffraganeis accedat. queritur de perfidia Lamberti Spoletani comitis.

Ansperto venerabili archiepiscopo Mediolanensi.

PRO innumeris igitur & multiplicibus oppressionum angustiiis totius sanctæ ecclesiæ in orbe terrarum diffusæ, Synodum vniuersalem, Christo opitulante, in Francia, (quia in Italia, persecutione malorum grassante † [Petrum presbyterum cardinis nostri, quem ad Carolomanum regem dirigimus fraternitati vestræ plurimum commendamus] minime potuimus,) sumus celebraturi; ad quam fraternitatem vestram quantocius omni mora postposita occurrere admonemus, cum cunctis coepiscopis, ac suffraganeis vestris, exceptis his quos sacri Canones pro incommodis causis stare patiuntur. Quoniam in ea, Christo cooperante, omnium ecclesiarum speramus erigi statum atque vigorem. Hoc iterum iterumque monemus, hortamur, expresseque mandamus, vt nulla vobis mora,

† Hæc verba non coherent sequentibus.

* f. Mail, vt constat ex superioribus.

*Vt cau- nullumque tempus præpediat, donec nobis vestrum ad-
 sam com- uentum in præsentia præbeat; * id est Lamberti perfidi
 munis hofis Spoletani ducis VVidonis filii, eiusque complicitis Adel-
 vna me- berti marchionis, vel vt melius, patriæ proditoris, qui clan-
 eum iudi- destina fraude pacifice venire se simulans, in dolo ad por-
 ectis. tam Urbis custodes deputans, sacramque ciuitatem tyran-
 Hac vel alia huius- nus inuasit, nosque cum fidelibus nostris intra ecclesiam
 modi ver- beati Petri apostolorum principis inaudito atque horren-
 ba hic de- esse viden- de coarctare inter cetera mala *. Data vt supra.
 tur. De Lam-
 berto & Adelber-
 to Ai-
 moin. l. 5.
 c. 37.
 * Videtur
 hic desesse
 conatus
 est.

EPISTOLA LXXXIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ANGELBERGAM AVGVSTAM.

Vt in Romanæ ecclesiæ fide perseveret : præsentium
 latorem commendat.

Dilectissimæ filiæ Angelbergæ imperatrici Augustæ.

REMINISCENTES omnium bonorum vestrorum, quo-
 tidie Deo nostro gratiarum actiones referimus, qui
 vestrum animum tanta sollicitudine circa deuotionem ab
 exordio sanctæ Romanæ ecclesiæ spiritali flammæ adu-
 stione perussit. Sed nunc filia mea carissima, & in Christo
 deuota, quæso vires sollicita ingenii acutissimi, & in hoc in-
 opportuno tempore solita bonitate concurre : quatenus
 cœptum bonum vsque ad consummationem operis per-
 ductum æterni retributoris præmia recipere valeatis. La-
 torem quoque præsentium Petrum cardinis nostri presby-
 terum, quæso in omnibus habeas commendatum, vestro-
 que consilio prudentissimo iter illius solita pietate dispo-
 nite : quatenus Deo duce ad nos possit redire incolumis.
 Data vt supra.